

**Qui pascis inter lilia,  
Septus choreis Virginum,  
Sponsus decorus gloria,  
Sponsisque reddens praemia.**

**Quocumque pergis, Virgines  
Sequuntur, atque laudibus  
Post te canentes cursitant,  
Hymnosque dulces personant.**

**Te deprecamur largius,  
Nostris adauge sensibus.  
Nescire prorsus omnia  
Corruptionis vulnera.**

**Laus, honor, virtus, gloria  
Deo Patri, et Filio,  
Sancto simul Paraclito,  
In sempiterna secula. Amen.**

**Psalm 116.**

**LAUDATE Dominum, omnes gentes, laudate  
eum, omnes populi.**

**Quoniam confirmata est super nos misericor-  
dia ejus, et veritas Domini manet in æternum.**

**Gloria Patri, etc.**

**FINIS**